



Acerca de este libro

Esta es una copia digital de un libro que, durante generaciones, se ha conservado en las estanterías de una biblioteca, hasta que Google ha decidido escanearlo como parte de un proyecto que pretende que sea posible descubrir en línea libros de todo el mundo.

Ha sobrevivido tantos años como para que los derechos de autor hayan expirado y el libro pase a ser de dominio público. El que un libro sea de dominio público significa que nunca ha estado protegido por derechos de autor, o bien que el período legal de estos derechos ya ha expirado. Es posible que una misma obra sea de dominio público en unos países y, sin embargo, no lo sea en otros. Los libros de dominio público son nuestras puertas hacia el pasado, suponen un patrimonio histórico, cultural y de conocimientos que, a menudo, resulta difícil de descubrir.

Todas las anotaciones, marcas y otras señales en los márgenes que estén presentes en el volumen original aparecerán también en este archivo como testimonio del largo viaje que el libro ha recorrido desde el editor hasta la biblioteca y, finalmente, hasta usted.

Normas de uso

Google se enorgullece de poder colaborar con distintas bibliotecas para digitalizar los materiales de dominio público a fin de hacerlos accesibles a todo el mundo. Los libros de dominio público son patrimonio de todos, nosotros somos sus humildes guardianes. No obstante, se trata de un trabajo caro. Por este motivo, y para poder ofrecer este recurso, hemos tomado medidas para evitar que se produzca un abuso por parte de terceros con fines comerciales, y hemos incluido restricciones técnicas sobre las solicitudes automatizadas.

Asimismo, le pedimos que:

- + *Haga un uso exclusivamente no comercial de estos archivos* Hemos diseñado la Búsqueda de libros de Google para el uso de particulares; como tal, le pedimos que utilice estos archivos con fines personales, y no comerciales.
- + *No envíe solicitudes automatizadas* Por favor, no envíe solicitudes automatizadas de ningún tipo al sistema de Google. Si está llevando a cabo una investigación sobre traducción automática, reconocimiento óptico de caracteres u otros campos para los que resulte útil disfrutar de acceso a una gran cantidad de texto, por favor, envíenos un mensaje. Fomentamos el uso de materiales de dominio público con estos propósitos y seguro que podremos ayudarle.
- + *Conserve la atribución* La filigrana de Google que verá en todos los archivos es fundamental para informar a los usuarios sobre este proyecto y ayudarles a encontrar materiales adicionales en la Búsqueda de libros de Google. Por favor, no la elimine.
- + *Manténgase siempre dentro de la legalidad* Sea cual sea el uso que haga de estos materiales, recuerde que es responsable de asegurarse de que todo lo que hace es legal. No dé por sentado que, por el hecho de que una obra se considere de dominio público para los usuarios de los Estados Unidos, lo será también para los usuarios de otros países. La legislación sobre derechos de autor varía de un país a otro, y no podemos facilitar información sobre si está permitido un uso específico de algún libro. Por favor, no suponga que la aparición de un libro en nuestro programa significa que se puede utilizar de igual manera en todo el mundo. La responsabilidad ante la infracción de los derechos de autor puede ser muy grave.

Acerca de la Búsqueda de libros de Google

El objetivo de Google consiste en organizar información procedente de todo el mundo y hacerla accesible y útil de forma universal. El programa de Búsqueda de libros de Google ayuda a los lectores a descubrir los libros de todo el mundo a la vez que ayuda a autores y editores a llegar a nuevas audiencias. Podrá realizar búsquedas en el texto completo de este libro en la web, en la página <http://books.google.com>

30
29

Q. D. B. V.
DISSERTATIO PHILOSOPHICA
DE
**LIBERTATE MENTIS
HUMANÆ
ET
SVPREMI NVMINIS**
QVAM
SVB PRAESIDIO
DN. IAC. GVILIELMI FEVERLINI
PHILOS. PRIMAE ET RATIONALIS P. P.
DOMINI PATRONI STVDIORVM&VE SVORVM
*AMPLIFICATORIS AD CINERES VS&VE
DEVENERANDI*
D. VIII FEBRVAR. A. R. S. CI^OI^OCCXXX
PLACIDO ERVDITORVM EXAMINI
SVBMITTIT
AVCTOR RESPONDENS
IE REMIAS FOCH AVGVSTANVS
THEOL. ET PHILOS. STVD.

ALTORFI NORIC.
TYPIS IOD. GVIL. KOHLESII ACAD. TYPOGR.

1
2
3
4
5
6
7
8
9
10
11
12
13
14
15
16
17
18
19
20
21
22
23
24
25
26
27
28
29
30
31
32
33
34
35
36
37
38
39
40
41
42
43
44
45
46
47
48
49
50
51
52
53
54
55
56
57
58
59
60
61
62
63
64
65
66
67
68
69
70
71
72
73
74
75
76
77
78
79
80
81
82
83
84
85
86
87
88
89
90
91
92
93
94
95
96
97
98
99
100
101
102
103
104
105
106
107
108
109
110
111
112
113
114
115
116
117
118
119
120
121
122
123
124
125
126
127
128
129
130
131
132
133
134
135
136
137
138
139
140
141
142
143
144
145
146
147
148
149
150
151
152
153
154
155
156
157
158
159
160
161
162
163
164
165
166
167
168
169
170
171
172
173
174
175
176
177
178
179
180
181
182
183
184
185
186
187
188
189
190
191
192
193
194
195
196
197
198
199
200
201
202
203
204
205
206
207
208
209
210
211
212
213
214
215
216
217
218
219
220
221
222
223
224
225
226
227
228
229
230
231
232
233
234
235
236
237
238
239
240
241
242
243
244
245
246
247
248
249
250
251
252
253
254
255
256
257
258
259
260
261
262
263
264
265
266
267
268
269
270
271
272
273
274
275
276
277
278
279
280
281
282
283
284
285
286
287
288
289
290
291
292
293
294
295
296
297
298
299
300
301
302
303
304
305
306
307
308
309
310
311
312
313
314
315
316
317
318
319
320
321
322
323
324
325
326
327
328
329
330
331
332
333
334
335
336
337
338
339
340
341
342
343
344
345
346
347
348
349
350
351
352
353
354
355
356
357
358
359
360
361
362
363
364
365
366
367
368
369
370
371
372
373
374
375
376
377
378
379
380
381
382
383
384
385
386
387
388
389
390
391
392
393
394
395
396
397
398
399
400
401
402
403
404
405
406
407
408
409
410
411
412
413
414
415
416
417
418
419
420
421
422
423
424
425
426
427
428
429
430
431
432
433
434
435
436
437
438
439
440
441
442
443
444
445
446
447
448
449
450
451
452
453
454
455
456
457
458
459
460
461
462
463
464
465
466
467
468
469
470
471
472
473
474
475
476
477
478
479
480
481
482
483
484
485
486
487
488
489
490
491
492
493
494
495
496
497
498
499
500
501
502
503
504
505
506
507
508
509
510
511
512
513
514
515
516
517
518
519
520
521
522
523
524
525
526
527
528
529
530
531
532
533
534
535
536
537
538
539
540
541
542
543
544
545
546
547
548
549
550
551
552
553
554
555
556
557
558
559
550
551
552
553
554
555
556
557
558
559
560
561
562
563
564
565
566
567
568
569
570
571
572
573
574
575
576
577
578
579
580
581
582
583
584
585
586
587
588
589
580
581
582
583
584
585
586
587
588
589
590
591
592
593
594
595
596
597
598
599
590
591
592
593
594
595
596
597
598
599
600
601
602
603
604
605
606
607
608
609
610
611
612
613
614
615
616
617
618
619
610
611
612
613
614
615
616
617
618
619
620
621
622
623
624
625
626
627
628
629
630
631
632
633
634
635
636
637
638
639
640
641
642
643
644
645
646
647
648
649
650
651
652
653
654
655
656
657
658
659
660
661
662
663
664
665
666
667
668
669
660
661
662
663
664
665
666
667
668
669
670
671
672
673
674
675
676
677
678
679
680
681
682
683
684
685
686
687
688
689
680
681
682
683
684
685
686
687
688
689
690
691
692
693
694
695
696
697
698
699
690
691
692
693
694
695
696
697
698
699
700
701
702
703
704
705
706
707
708
709
710
711
712
713
714
715
716
717
718
719
710
711
712
713
714
715
716
717
718
719
720
721
722
723
724
725
726
727
728
729
720
721
722
723
724
725
726
727
728
729
730
731
732
733
734
735
736
737
738
739
730
731
732
733
734
735
736
737
738
739
740
741
742
743
744
745
746
747
748
749
740
741
742
743
744
745
746
747
748
749
750
751
752
753
754
755
756
757
758
759
750
751
752
753
754
755
756
757
758
759
760
761
762
763
764
765
766
767
768
769
760
761
762
763
764
765
766
767
768
769
770
771
772
773
774
775
776
777
778
779
770
771
772
773
774
775
776
777
778
779
780
781
782
783
784
785
786
787
788
789
780
781
782
783
784
785
786
787
788
789
790
791
792
793
794
795
796
797
798
799
790
791
792
793
794
795
796
797
798
799
800
801
802
803
804
805
806
807
808
809
800
801
802
803
804
805
806
807
808
809
810
811
812
813
814
815
816
817
818
819
810
811
812
813
814
815
816
817
818
819
820
821
822
823
824
825
826
827
828
829
820
821
822
823
824
825
826
827
828
829
830
831
832
833
834
835
836
837
838
839
830
831
832
833
834
835
836
837
838
839
840
841
842
843
844
845
846
847
848
849
840
841
842
843
844
845
846
847
848
849
850
851
852
853
854
855
856
857
858
859
850
851
852
853
854
855
856
857
858
859
860
861
862
863
864
865
866
867
868
869
860
861
862
863
864
865
866
867
868
869
870
871
872
873
874
875
876
877
878
879
870
871
872
873
874
875
876
877
878
879
880
881
882
883
884
885
886
887
888
889
880
881
882
883
884
885
886
887
888
889
890
891
892
893
894
895
896
897
898
899
890
891
892
893
894
895
896
897
898
899
900
901
902
903
904
905
906
907
908
909
900
901
902
903
904
905
906
907
908
909
910
911
912
913
914
915
916
917
918
919
910
911
912
913
914
915
916
917
918
919
920
921
922
923
924
925
926
927
928
929
920
921
922
923
924
925
926
927
928
929
930
931
932
933
934
935
936
937
938
939
930
931
932
933
934
935
936
937
938
939
940
941
942
943
944
945
946
947
948
949
940
941
942
943
944
945
946
947
948
949
950
951
952
953
954
955
956
957
958
959
950
951
952
953
954
955
956
957
958
959
960
961
962
963
964
965
966
967
968
969
960
961
962
963
964
965
966
967
968
969
970
971
972
973
974
975
976
977
978
979
970
971
972
973
974
975
976
977
978
979
980
981
982
983
984
985
986
987
988
989
980
981
982
983
984
985
986
987
988
989
990
991
992
993
994
995
996
997
998
999
990
991
992
993
994
995
996
997
998
999
1000

DE
LIBERTATE MENTIS HVMA-
NAE ET SVPREMI NVMINIS
SECTIO I. ONTOLOGICA.

§. I. *De originibus idearum in Ontologia evolvendis.* §. II. *Ex originibus discrimen Causæ libera & naturalis conceptibus negativis,* §. III. *positivis deducitur.* §. IV. *vulgaris definitio libertatis rejicitur.* §. V. *oppositum libertatis Necessitas consideratur tam Coactionis, quam §. VI. Cobhibitionis.* §. VII. *Necessitas moralis.* §. VIII. *Causam liberam & moralem unum idemque esse ostendit.*

§. I.



uandoquidem de libertate mentis humanae & supremi Numinis, argumento gravissimo, totiusque Philosophiae practicæ præcipuo fulcro, Dissertationem speciminis instar conscribere bono cum DEO constitui; ante omnia necessarium videtur, ideas & terminos hic occurrentes Ontologica tractatione accuratius evolvere, sine qua ratiocinia Philosophica omni destituuntur fundamento. Quemadmodum vero in Ontologia præcipuus labor est, idearum universalium origines quærere in ideis individualibus, quas experientia interna & externa nanciscimur, ut faciles æque & perspicuæ, ac rebus conformes evadant *; ita hoc in arguento eo minus supervacanea videtur hæc opera, quo magis difficultates quædam & controversiaz, quæ id premunt, eandem efflagitant.

* vid. DN. PRAESIDIS Curs. Philof. eclect. Tab. IX. sub finem,
it. XXVI. Reg. V.

A 2

§. II.

§. II.

Quoties de libertate vel Dei vel hominis sermo est, toties de actione & paternissione actionis potissimum agitur, unde colligo, libertatis notionem cum notione causae intime connexam esse, & quod abstracto nomine dicitur libertas, nihil aliud esse, quam quod in concreto vocatur causa libera. Collidetemus ergo exempla causae liberæ, &c, quæ illi opponuntur, naturalis vel necessariæ, e.g. observo experientia interna, me velle emere librum hunc, quem etiam emio; disco per experientiam externam, Titum datæ opera librum comburere; sentio cum molestia, me ab alio valdiori protrahiri irruere in vicinum meum, eumque protrudere; video lapidem a Cajo dejectum capiti Titii infligere vulnus: comparatis inter se posterioribus exemplis duobus, deprehendo, in eo consentire, quod utroque sit causa agens, (ego vicinum trudens, lapis capiti impingens,) sed ita, ut aliunde acta patiatur potius quam agat; sicut è contrario in duobus exemplis prioribus causæ occurunt, ita agentes, ut actiones ipsarum passiones dici, aut externæ cuidam violentæ causæ adscribi nequeant. Iam abstractio, accedente oppositione, has nobis suppeditat ideas & definitiones universales: CAUSAM NATVRALEM esse, cuius actio originem habet a vi externa & coactione alius agentis; LIBERAM, cuius actio non est a vi externa alius agentis, unde sequitur, LIBERTATEM, si abstracto vocabulo uti placet, esse immunitatem a vi externa alius agentis, quam spontaneitatem nonnulli appellant.* Ipsam autem hanc immunitatem vel opponi coactioni vel cohibitioni, vel etiam imperio, legi, metui poenarum, unde variæ libertatis, liberi, Causæ liberæ oriuntur divisiones, ex iis elucescet, quæ §. 6. & 7. de oppositis nostræ libertatis differemus. -

* vid. GEORG. BERNH. BVLFFINGER in Dilucid. Philos. de Deo, anima humana, mundo, §. 392.

§. III.

§. III.

Sicuti vero definitio Causæ liberæ, quam §. anteced. ex origine sua deduximus, negativa tantum est, ita si idem fontes hanc suggerunt notionem positivam, CAVSAM LIBERAM esse, quæ sua propria activitate agit, in hoc enim priora duo exempla inter se conveniunt, NATYRALEM autem, quæ, quamvis respectu effectus agat, si tamen principium actionis queritur, id non in se, sed a principio extraneo patiendo habet, id quod duo exempla posteriora docent. a) Definitionibus his obstat videtur *avrum*, e.g. horologium elatere interno agitatum, quæ principium motionum in se habent, neque tamen Causis liberis annumerari possunt. Non respondebo ex Physicis ratiociniis, principium illius restitutionis, qua elater movet rotulas horologii, extra eundem & totum horologium in aëre vel æthere esse querendum; ideoque ab hac responsione abstineo, quod Ontologiæ fundamenta in experientia tantum collocanda esse edocitus sum b), sed collato hoc exemplo cum nostris duobus prioribus, per oppositionem deprehendimus, notioni Causæ liberæ adhuc inserendas esse cognitionem & volitionem, ut hæc emergat definitio CAVSAE LIBERAE, quæ sciens & volens propriæ activitate agit. c)

a) Ita etiam ARISTOTLES Ethic. Nicom. lib. III. cap. 1. definit *slavor*, violentum, οὐ ἡ ἀρχὴ τοῦ, cuius principium extra est, *inuolutor*, liberum, οὐ ἡ ἀρχὴ τοῦ, cuius principium in ipso (agente) est.

b) in DN. PRAESIDIS Aphorismis Ontologicis MS. Proleg. Cap. III. §. 17.

c) conf. Ill. LEIBNIZII Tentamen Theodicæ §. 288. sqq. & §. 302.

§. IV.

Definiri alias solet libertas per facultatem, qua positis omnibus ad agendum requisitis agere & non agere quis potest, (quam vocant libertatem contradictionis vel exerci-

exercitii) agere hoc , agere aliud , (quæ libertas dicitur contrarietatis vel specificationis)* Verum deductio nostra idearum ex suis originibus satis docuit , discerni & definiri posse Causam liberam sine nova hac relatione ad plures alias actiones vel omissiones actionum possibles ; ad hæc libere quis agere potest , etiamsi de eo non cogitet , se posse etiam non agere , vel alio modo agere ; immo causa libera dicitur quandoque & dicenda est etiam ea , quæ omittere actionem vel aliter agere nequit , e. g. Angeli confirmati in bono , qui Deum super omnia amant . Ergo nimis angusta redditur libertatis definitio , quando libertas contradictionis & contrarietatis eidem inseruntur , (ne dicam , ita divisionem magis proferri , quam definitionem) multo potius Causa libera ita dividenda est , ut alia ne quidem cogitet de pluribus possibilibus contradictorie vel contrarie sibi invicem oppositis , alia cogitet de iisdem , & ex iisdem unum eligat .

* vid. HESENSTREITHI Philosophia prima Part. III. Sect. II. cap. 4. Thes. 13. & BVLFFINGERI Dilucid. §. 301.

§. V.

Quoniam vero opposita juxta se posita magis elucescunt , non incongruum nunc erit etiam de libertatis opposito , scilicet necessitate , verba quædam facere . Nihil vero hic nos morabitur Necessitas absoluta Metaphysica , quæ vel ad existentiam , vel ad coexistentiam refertur , quæ potissimum in integris propositionibus observatur , ubi inter Subjectum & Prædicatum tam arctus est nexus , ut contrarium sit impossibile , contradictionem & absurdum ; nobis hic unice sermo est de CAUSA NECESSARIA , quæ vi oppositionis definienda est , inscia & aliunde acta agens . Huic pertinent corpora , quæ quando in motu sunt , & alia corpora movent , ipsa tamen ab alio corpore vel spiritu motum suum habere observamus . Quem ,

Quemadmodum vero in ipsa hac efficacia volitionum & corporum in motu constitutorum, unde corpora conjuncta vel contigua alia moventur, nullam necessitatem absolutam & Metaphysicam Physici agnoscunt, sed liberrimas supremi Conditoris leges motui præscriptas optimis ratiociniis deprehendunt, unde Physica oritur necessitas, ita si eidem supremo Auctori placet quandoque recedere a legibus motus easdemque suspendere (qua in re consistit miraculum) e. g. ut ferrum natet super aqua, ut ignis vehementissimus res inflammationi maxime alias obnoxias non comburat, ut corpus in motu constitutum & alii minori vel leviori impactum hoc tamen non moveat, tantum abest, ut Philosophus impossibilitatem aliquam absolutam, Metaphysicam hic deprehendat, ut potius miraculorum possibilitatem a priori, ut ajunt, demonstret.

§. VI.

Necessitatem acutissimus LOCKIUS * distinxit in Necessitatem coactionis & cohibitionis. Illa cum necessitate causæ naturalis vel necessariæ exactissime convenit; hæc vero, quam definit impulsionem aut retardationem actionis, volitioni ejus contrariam, non tantum causæ liberæ sed etiam naturali vel necessariæ opponitur. Sicut enim homo alterum occidere volens, & gladium jam stringens ab interveniente tertio cohibetur & impeditur; ita etiam globus in motu constitutus ab occurrente globo alio impeditur, quo minus continuet motum, sed vel sistat vel aliorum divergat. Præcipue vero contra Lockium hic præmonendum est, cohibitionem, quando causæ liberæ adversatur, non obstare, quo minus illa causa sit libera existimanda, cum quoad actionem immanentem, volitionem, tum quoad initium actionis transversant, cuius tantum tollitur consummatio.

* Lib. II. de Intel. Hum. cap. 21. §. 13.

§. VII.

§. VII.

NECESSARIO opponitur CÖNTINGENS, ideo sicut inter varias necessitatis species etiam causæ necessitas vel causa necessaria occurrit, ita oppositum ejus causa contingens non incongrue appellaretur; sed usitata non est hæc loquendi ratio: effectus tamen respectu causæ suæ contingens dici solet, * itemque liber, sicut etiam, quod a causa necessaria provenit, necessarium audit. Sed physica dicitur hæc necessitas: a qua differt MORALIS NECESSITAS, quæ causis liberis competit, ipsisque actiones nonnullas itemque omissiones facit hypothetice necessarias, si nimur gratiam Imperantis obtinere, pœnasque ejus evitare cupit, ubi novæ accedunt relationes, eademque diversis ratiociniis moralibus innixæ, qua de causa in Ontologicis hæc ex professo tractari nequeunt. Hoc tamen adhuc observare liceat, actionem, quæ legibus neque præcepta neque prohibita est, sed permitta, liberam, licitam vocari, sicut ipse homo legibus & legislatori humano non subjectus, liber, sed hoc tantum respectu dicatur. Necessitas igitur moralis libertatem causæ liberæ tantum abest, ut tollat, ut potius eandem supponat; siquidem quod moraliter necessarium est, æque ac id, quod physice necessarium est, nonnisi hypothetice est necessarium, absolute autem contingens.

* vid. IAC. REVII Suarez repurgatus, Disp. XIX. & præcipue p. 312.

§. VIII.

Causa libera est unica causa, cui leges atque regulæ præscribi possunt, ad quas uti singulas actiones, ita mores etiam & consuetudines instituere atque dirigere debet; commodissime ergo Causa hæc diceretur MORALIS, sicuti scientia harum legum & regularum, Moralis audit; & physica appellari posset Causa naturalis, siquidem de ea scientia Physica agit. Quamvis vero non omnino in-

auditæ sint in Metaphysicis istæ vocum acceptiones, a) non tamen admodum receptæ sunt, sed insignis differentia a plerisque inter Causam physicam & naturalem, & inter liberam atque moralem statuitur b), scilicet Causa Moralis apud fautores hujus discriminis ea dicitur, quæ immediate effectum non produxit, sed eum tamen instituit, atque ad eundem concurrit: e. g. qui per sicarios alteri necem intulit: Causa physica autem illa nominatur, quæ immediate effectum produxit, e. g. qui propria manu alterum peremit: physica hæc causa vel libera esse potest vel naturalis. Quemadmodum autem hæc interpretationis causa notari debent, ita nos concinne magis & perspicue loquemur, si Causam Moralem ceu Synonymon Causæ liberæ usurpabimus, eandemque in mediatam & immediatam dividemus, inter naturalem etiam & physicam causam nullum amplius admittamus discrimen. Ergo nunc demum cum PVFENDORFIO c) statuere possumus, *causam moralem nihil esse aliud, quam agens voluntarium, cui effectus imputatur aut imputandus est, ideo quod ejus auctor ex toto aut ex parte extiterit.*

a) HEBENSTREITVS significationem hanc ampliorem appellat, & explicat in Philos. Prim. p. 744. atque SVAREZIVM ejusdem Patronum adducit.

b) e. g. a DAN. STAHLIO in Tabulis Metaphys. Tab. VI. & in Compendio Metaphys. Bredz a. 1650. in 8. edito p. 154. & 162. PETR. MVSALO in Institut. Metaph. cap. 13. & cap. 15. §. 15. sq.

c) de Iure Naturæ & Gentium lib. I. cap. 5. §. 3.



SECTIO II. NOOLOGICA.

§. I. probat, hominem esse causam liberam, non tamen corpus ejus, §. II. sed Mentem, quoad intellectiones quasdam, §. III. quoad voluntiones omnes. §. IV. Lockii observatio laudatur. §. V. & VI. ejusdem objectiones refutantur. §. VII. indifferentiam equilibrii quandoque adesse contra Leibnizium & Wolffium assertur. §. VIII. objec^{tio}n^ea determinatione ad mala solvitur.

§. I.

Hominem esse causam liberam non quidem, quoad omnia, quæ in ipso & ab ipso fiunt, sed quoad quædam, ipsa docet experientia, quæ §. 2. sect. I. libertatis ideam nobis suggestit. Nunc distinctius hæc considerabimus, & contra objectiones recentiorum quorundam Philosophorum admodum speciosas defendemus. Corpus nostrum non esse causam liberam motionum suarum, facili probabitur negotio: harum enim aliae sunt voluntariæ, aliae involuntariæ; in utrisque corpus est naturalis vel necessaria causa a vi externa dependens, hic a corporibus vel rebus aliis, illic a Menti cum corpore conjunctæ auctoritate, quod posterius momentum interna quisque experientia sua tam certo edocetur, ut dubiis contrariis in gratiam Harmoniæ præstabilitæ excogitatis inde dimoveri nequeat. Mens autem humana cum in hisce actionibus, quæ transeuntes vel etiam imperatæ dicuntur, tum etiam in immanentibus vel elicitis, liberam se esse causam agnoscat.

§. II.

Quæ in mente nostra fiunt, in intellectiones & voluntiones accurate dividuntur, de utrarumque ergo dispiciemus libertate. Quod ad intellectiones, vel facultatem intelligendi h. e. intellectum attinet, sunt, qui omnem intellectui denegant libertatem, voluntati tantum libertatem

tatem assignantes, intellectum vero facultatem necessariam existimantes, quod non possit non evidentibus argumentis victas quasi manus dare. *a)* Verum huic opinioni duo opponimus momenta: alterum, cum nulla sit ignoti cupido, & voluntate id demum eligatur, quod intellectu bonum, odio habeatur, quod intellectu malum cognovimus *b)*, sublata intellectus libertate tolli etiam omnem voluntatis libertatem; alterum, argumenta evidentissima, quæ assensum videntur extorquere, tum demum assensum nancisci, quando a Mente examinata atque accurata deprehensa sunt, in quo Mens sane causam liberam se ostendit. Non tamen omnium omnino intellectorum Mens nostra est libera Causa, siquidem in idearum singularium & veritatum experimentalium singularium per experientiam internam & externam ipsi expeditatarum origine passive se habet, teste ipsissima interna experientia, imo quandoque contra voluntatem percipere & intelligere talia tenetur, ut Causæ naturalis notio in hisce casibus eidem applicari debeat. Ast in iudiciis axiomaticis & ratiociniis, itemque in ideis ex compositione, comparatione, oppositione, divisione, abstractione, multo magis autem ex judicio & ratiocinio ortis, Mentem nostram esse liberum agens, interna etiam edocemur experientia.

a) e. g. ALARDVS VAECK in Compendio Metaphysices Helmstadii edito a. 1620. in 8v. p. 90. ita scribit: *At intellectus neque quoad specificationem attuum, neque quoad exercitium liber est, imo ne quidem a coactione, si rem recte perpendas: objectum enim sive sit necessarium, sive contingens, intellectum, ut præbeat assensum, cogit: quia, quocunque vis argumentorum dicit, eo simpliciter accedit: ad quæ verba observandum duco, auctori, uti plerisque & fere omnibus hujus ætatis aliis Philosophis strictiorem placere libertatis significatum, quem Sect. I. §. 4. rejeci; deinde experientiam refragari Vaeckio, quando optima argumenta assensu quorundam hominum sibi plus instituuntur.*

b) In tantum nobiscum sentit VAECKIVS l. c. sequentibus verbis:
Nihilominus tamen intellectus origo & radix est libertatis; siquidem voluntas in nullum fertur objectum, neque potest, nisi ab intellectu antea fuerit cognitum.

§. III.

Quod vero attinet ad volitiones, quibus, quod bonum nobis esse, hoc est, ad conservationem nostram, perfectionem vel delectationem facere cognoscimus, appetimus, & quod malum h. e. conservationi, perfectioni, delectationi nostrae contrarium videtur, aversamur, Mentem in iisdem liberam esse Causam, non tantum interna rursus discimus experientia, & ex eo, quod non possimus non imputare nobis, hoc est, ceu auctoribus adscribere, quæ voluimus, & ex voluntate fecimus, sed vel exinde fatis elucescit, quod volitiones sequuntur judicia nostra, vel potius nihil aliud sunt, quam judicia nostra de rebus nobis vel bonis vel malis, judicia autem liberæ sunt Mentis actiones, quod §. antec. probatum dedit. Falluntur ergo, qui sanguini tantam tribuunt in Mentem nostram efficaciam, ut hæc non possit non velle objecta, ad quæ ab illo impellitur, quo ipso Mens nonnisi naturalis vel necessaria esset causa omnisque tolleretur Philosophia Moralis. Id vero in dubium vocari nequit, consuetudine & habitu libertatem Mentis in volitionibus, si non tollitur, admodum tamen impediri; sed primæ tamen actiones, quarum frequentiori repetitione consuetudo & habitus oriebantur, liberæ erant; deinde illæ etiam actiones, quæ ex consuetudine fiunt, non ab externa vi pendent, & denique contra consuetudinem etiam quandoque agimus, imo consuetudinem unam cum altera successu temporis permutamus.

§. IV.

Conferemus nunc IO. LOCKII Celeberrimi Angli doctrinas de Libertate, quæ lib. II. de Intellectu Humano, cap.

cap. 21. coque satis prolixo leguntur, & penitus considerari merentur. Id quidem ambabus amplectimur manibus, quod §. 16. usque ad §. 21. monet, libertatem (h. e. potentiam ad particulare aliquid agendum vel non agendum, prout agere vel non agere menti videtur eligibilis) admodum incongrue voluntati, quæ & ipsa non nisi potentia Menti est, tribui, adeoque potentiam potentiae male statui, cum potentiae agentium tantum propriæ sint, & attributa substantiarum, non potentiarum.* Rechte carpit Lockius illas loquendi rationes, quibus facultatibus actiones & directiones in alias facultates e. g. voluntati imperium in Intellectum, adscribuntur, quasi distinctæ istæ facultates distincta agentia essent; quod æque absurdum existimat, ac si quis potentiae canendi imperium in potentiam saltandi assignaret. Bene vero & illud observat Lockius §. 20. de vocum accusatione hic potissimum agi, & liberum etiam hic esse loqui cum vulgo, sentire cum doctis. Addimus his Lockii observationibus, quando voluntas dicitur libera, itemque eligere, aversari, sub Voluntatis vocabulo intelligi posse Menterum potentia volendi præditam, ut adeo ne quidem durum, multo minus absurdum sit, Voluntati tribuere libertatem, ipsasque actiones, cum primis cum libertas non sit modus, sed relatio inter Agens ejusque actiones & inde pendentes effectus intercedens, qua immunis a via externa, propria visciens & volens agere cognoscitur.

* Hanc etiam Lockii observationem suo calculo approbat Celeberr. GVDLINGIVS, in Ethica edit. primæ cap. 18. §. 5. p. 132.

§. V.

In eo autem errare nobis videtur Lockius, quod §. 10. libertatem ad volitionem aut electionem pertinere, omnino negat, & §. 8. afferit, volitionem esse posse, ubi B. 3. nulla

nulla est libertas, unde in sequentibus inter voluntarium
 distinguit & liberum, existimans voluntarium quid esse
 posse, quod tamen non est liberum, sed necessarium,
 id quod §. 10. in primis ita probare conatur : „Suppo-
 „namus aliquem, quem arctus complexus est somnus,
 „ferri in cubiculum, in quo vir est, cuius consuetudine
 „conspictuque frui libenter vellet, eumque fortibus obsi-
 „gnatis ita conclusum teneri, ut penes ipsum non sit
 „exire : hic cum solutus somno gaudeat, se in optatum
 „adeo sodalem incidisse, & cum eo diutius morari quam
 „discedere præoptet, rogo, annon commoratio ista vo-
 „luntaria sit? nemo, arbitror, inficias ibit, & tamen cum
 „fores occludantur, palam est, haud esse in ipsius pote-
 „state non manere, nec liberum ipsi esse exire.„ Aber-
 rat hic Lockius a statu controversiæ, quem tamen ipse
 sub finem §. 22. accurate proposuit his verbis : „Circa
 „hominis itaque libertatem ulterior hæc quæstio oritur,
 „utrum homo liber sit, quoad volitionem? atque hoc,
 „puto, illud est, quod versatur in controversia, cum quæ-
 „ritur, utrum voluntas sit libera?„ Ita formato Con-
 troversiæ statu, certissimum esse existimo, hominem
 hunc cum amico inclusum causam esse liberam hujus vo-
 litionis, qua libenter permanet in illo conclavi, ipsiusque
 mansionis, siquidem ne quidem conatur exire, diuque
 permanfurus esset, etiamsi exire posset. Sicuti vero nos,
 secundum definitionem causæ liberæ §. 4. Sect. I. propo-
 sitam, talem in exemplo proposito instituimus relatio-
 nem, cuius alterum correlatum est Mens hominis inclu-
 si, alterum volitio commorationis in Museo apud ami-
 cum, ipsaque commoratio, in quantum a volitione hac
 pendet, ubi negamus a vi quadam externa oriri illam vo-
 litionem, & affirmamus, Mentem scientem & volen-
 tem esse hujus actionis autorem; ita e contrario Lockius
 omni-

omnino aliam habet relationem, comparat corpus hominis inclusi cum repagulis & foribus obseratis, propter quæ exire homini non licet, adeoque, dum libertatem hic negat, aliam plane huic voci assignat significationem, a statu controversiæ recedit, logomachiam instituit, atque id cumprimis negligit, quod supra Sect. I. §. 6. observavimus, cohibitionem, quæ locum hic habet, non tantum causæ liberæ, sed etiam naturali, & actionum utriusque consummationi opponi, libertatem autem causæ liberæ ipsa hac cohibitione neutiquam tolli. Præterea Lockio libertas est potentia agendi vel non agendi, quam nimis angustam esse definitionem §. 5. Sect. I. indicavimus; quamvis etiam posita hac definitione Lockio opponere possimus, posse hominem illum Museo cum amico inclusum æque lubenter ac patienter ibidem manere, quam ægre hanc inclusionem ferre, atque conari, quovis modo fores aperire sibique exitum parare.

§. VI.

Sed observato etiam statu controversiæ, Lockius §.
 „ 23. sqq. negat, homini liberum esse velle aut non velle
 „ rem quampiam in potestate ipsius positam, ad cuius
 „ considerationem animum semel adjecit, ex hac ratio-
 „ ne: Cum necesse sit, ut actio a voluntate ejus pendens,
 „ existat aut non existat, cumque existentia ejus, aut non
 „ existentia voluntatis determinationem aut electionem
 „ plane sequatur, non potest non velle actionis istius exi-
 „ stentiam aut non existentiam, tenetur necessario horum
 „ alterutrum velle. e. g. Aut ambulare, aut non ambula-
 „ re: Ergo respectu volitionis homo non est liber., „ Huic
 Objectioni ut satisfaciamus, repetimus primum, Lockium
 hic deferere ideam libertatis & causæ liberæ, quæ in re-
 latione Agentis ad hanc vel illam ipsius volitionem con-
 ficit, & rationem tantum habere actionis relatæ ad

omis-

omissionem ejusdem æque possibilem, & illi contradictorie oppositam; deinde observamus, confundi ab ipso necessitatem disjunctivam eamque hypotheticam, ubi Mens, quando de ambulatione cogitat, non potest non ambulationem aut velle aut nolle, cum necessitate simplici; cum tamen non obstante illa necessitate disjunctiva & hypothetica Mens, quando ambulare vult, libere eadem velit, & homo libere ambulet, & si non vult ambulare, libere nolit ambulare, & homo libere non ambulet; uno verbo, Mens voluntatem determinet, quæ ipsa Lockii verba sunt §. 29. Tandem illud etiam addimus, cum vi oppositionis Lockio tum demum Mens esset libera quoad volitiones, si præter duo sibi contradictorie opposira tertium quid velle posset, hoc autem tertium impossibile absolute, minimeque cogitabile sit, Lockianam hanc libertatem esse impossibile quid, & vacuum omni sensu sonum.

§. VII.

Illustri LEIBNITIO & qui cum sequitur Celeberrimo VVOLFIO, uti multum lucis debet omnis Metaphysica, ita in hoc etiam argumento de libertate, multa ex ipsorum scriptis me didicisse, grata profiteor mente: unicum adhuc superest punctum, in quo dissentire a tantis Viris necessarium duco, nimirum indifferentia, quam vocant, æquilibrii a). Evidem non assentior Scholasticis, qui libertati hanc etiam tribuunt conditionem, ut absolute indifferentes simus, & æque ad utramque partem nos habeamus, deinde vero sine motivo alterum eligamus, alterum negligamus; quotidiana enim experientia innumerâ exempla contraria suppeditat: Verum sicut hi in eo a vero aberrant, quod semper fieri existiment, quod rarissime observatur; ita magnus Leibnizius in alterum videtur delapsus extremum, quando nunquam id fieri,

&

& fieri non posse statuit, ut stet pro ratione voluntas. Exemplum Dn. Wolffii de duobus numis aureis sibi quoad nostram cognitionem simillimis, quorum alterum eo, quod vicinior nobis sit, & apprehensu facilior, alteri demum præferemus, ita invertbo b), ut ponam, quod admodum est possibile, duos istos numos aureos etiam quoad vicinitatem meamque commoditatem esse inter se simillimos, mihiisque nonnisi unum eorum accipere esse permisum, ecquis dubitet, fieri posse, ut pro lubitu sine omni ratione alterum apprehendam, alterum missum faciam? Non quidem ignoro, Clarissimum RIEBOVIVM c) jam proposuisse hanc objectionem, & ad eandem respondisse, intentionem refutandi ipsum hoc dogma Leibnitio-Wolfianum, & quod alter numerus prior a dextero oculo visus fuerit, motiva fore, cur alterum numum alteri præferam; ast in contrarium observo, primum, animum refutandi impellere quidem posse, ut unum horum numerorum arripiam, cum vero refutatio æque procedat, si dexterum, quam si sinistrum arripiio numum, nulla jam est ratio, cur dexterum sumserim, si mihi iste placuerit; deinde fieri etiam potest, ut simul uterque numerus præcipue minor, eidem oculo, non nimis propinquo, conspiciendus præbeatur, & nihilominus alter pro lubitu arripiatur: adhæc quid obstat, quo minus illi, qui nihil unquam de doctrina illa & controversia Wolfiana audiverunt, ex numis secundum omnes modo indicatas aliasque circumstantias simillimis, unum sibi pro lubitu eligant? d)

a) v. LEIBNIZII Tentam. Theodicæ §. 302. & alibi & Epist. IV.
ad Clarkium ab initio; WOLFFI Metaphys. §. 518. sq. & conf.
BVLFINGERI Dilucidationes §. 436. sqq.

b) ad ductum Dn. PRAESIDIS in Observationibus Ecclæticis ex
Controversiis de Metaphysica Leibnitio - Wolfiana Speci-
mihæ III. §. XI. not. b)

C

c) in

- c) in der Fernern Erläuterung der verbünftigen Gedancken des Herrn Hof-Rath Wolfens von GOTT, der Welt, und der Seele des Menschen §. 112.
- d) conferri merentur, quæ BÆLIUS habet Diction. p. 702. in not. (c). ad art. Buridan, de asino Buridani, inter duos æqualissimos avenæ modios fame morituro, quod Spinoza Ethices Part. II. p. 89. affirmat, Bælius negat, duas indicans vias, quibus ex hisce æquilibrii retibus explicare se possit homo: altera præferret unum alteri, ideo, quod ita placet, & motivum, quod determinaret hominem non esset ex objecto; altera via esset fortis.

§. VIII.

Vnicum adhuc prôferre liceat dubium, cuius solu-tio occasionem suppeditabit, libertatem mentis nostræ paulo plenius explicandi. Videntur homines, prout hodie sunt, extra gratiam, naturalibus tantum viribus instructi, libertate in volitionibus carere, eo quod teste Scriptura S. nonnisi malum volunt, adeoque ad mala determinati sunt. Verum observamus ante omnia, quando de libertate hominis disquiritur, ex una parte considerari debere singulos homines, ex altera vero singulas ipsorum volitiones & inde pendentes corporis motiones, non autem genera universa actionum, quibus, interveniente nova relatione, aliæ bonæ dicuntur, aliæ malæ, & tum demum judicari posse de libertate hominis, quando actiones singulæ cum singulis suis causis conferuntur. Deinde cum maximum sit discrimen inter bonum naturale & morale, id quidem certissimum est, nos, quicquid volumus, velle ceu bonum naturale, h. e. ad conservationem, perfectionem, aut delectationem nostram pertinens, & quicquid nolumus, ceu malum naturale aver-fari, ita tamen, ut, quoad singulas actiones, non ma-neat tantum libertas, prout supra eandem definitivimus, sed plerumque etiam reperiatur libertas contradictionis & cor-

& contrarietatis. Malum morale, uti in nova relatione actionis totius ad legem & voluntatem divinam, cui conformis illa non est, consistit, ita tum demum Philosophice cognoscere possemus, tantum malas esse hominis actiones, si singulas ejusdem actiones easque secundum omnes circumstantias bene cognitas cum voluntate divina conferre, eidemque contrarias reperire liceret; cuna vero Scriptura S. Theologice nos certos reddat, omnes omnium hominum naturalium actiones tantum malas esse (ubi vero notandum in Scriptura S. perfectam in omnibus circumstantiis requiri bonitatem, & quicquid non sit ex fide, malis moralibus annumerari) ambagibus istis opus non est, libertas autem actionum ut inde labefactetur, tantum abest, ut potius stabiliatur, siquidem ceu peccata actualia homini imputari, atque puniri eadem divina revelatione docemur.

SECTIO III. THEOLOGICA. DE LIBERTATE DEI.

§. I. *Indicat, cur ultimo loco de libertate Dei agatur.* §. 2. voluntatem. §. 3. libertatem Dei probat & explicat. §. 4. indifferentiam equilibrii libera voluntati divine tribuit. §. 5. negatam a Spinoza libertatem divinam Atbeismi arguit.

§. I.

Libertatem supremi Numinis, æque ac alia ejusdem attributa, maximam partem cognoscimus, transferendo a rebus creatis, præcipue vero mente humana in Deum ideas attributorum, quæ primis de Deo conceptibus non refragantur, adhibitis hunc in finem tribus, ut ajunt, viis Causalitatis, Negationis & Eminentiaz, quarum illa ex effectibus cause supremæ perfectiones colligimus, ista quicquid

quid humanis perfectionibus imperfectionis adhæret, removemus, hac vero perfectiones ad summum, quem concipere possumus; gradum evēhimus. Hac etiam de causa sectioni nostrae de mentis libertate considerationem libertatis divinæ duximus postponendam.

§. II.

Voluntatem Deo assignandam esse, ex finibus rerum evidentissime constat, sive ex iisdem ipsam supremi Numinis existentiam firmissimo argumento demonstrari nobiscum tibi persuadeas, sive cum Celeberrimo WOLFEO eisdem, DEO aliunde demonstrato, demum cognosci arbitris: plenior enim finis idea & notitiam & volitionem alicujus rei involvit. Cum vero quicquid nos homines volumus, ceu bonum vel conservans nos, vel perficiens, vel delectans velimus, & volitio bonorum conservantium Deum ac perficientium eundem; in Ente perfectissimō locum habere nequeat; sola restat volitio bonorum delectantium; quam, sed ~~θεοπεπτως~~ intellectam, pro mentis nostræ imbecillitate Deo tribuere possumus. Sunt quidem Philosophi magni nominis; qui bonitatem absolutam Metaphysicam; voluntatis divinæ objectum statuendum esse existimant; sed hi sine fundamento novam effingunt volitionem, cuius objectum non sit; uti in volitionibus hominum, relative bonum, adhæc bonitas absoluta est terminus vanus Platonicus; nihil aliud indicans, quam rem esse id quod est a), & si vel maxime multum tribueremus admodum receptæ illi definitioni bonitatis absolutæ, qua dicitur *conformitas rei cum voluntate divina b)*, non tamen ideo Deus concipiendus esset aliquid velle, quod bonum sit, sed ideo bonum quid dicendum esset, quod Deus id voluerit.

a) v. Dn. PRAESIDIS Cursus Philos. in ontologia Tab. 24. & conf. HEBENSTREITII Philos. Prim. p. 508.

b) e. g. in JOH. WEISSII compendio Metaphys. recognito p. 93.

§. III.

Libertatem supremo Numini tribuendam esse, vel ex voluntione satis constaret, quam in homine etiam libera[m] esse supra demonstravimus. Sed alia etiam supersunt argumenta. Etenim Deum esse supremū conditorem, primam causam hominum aliarumque rerum, ipsa existentiæ divinæ argumenta evincunt; ex independentia ejus summas perfectiones, & inter has omnipotentiam cognoscimus: Causa autem prima & potentissima neque coactioni ulli, neque cohibitioni obnoxia esse potest, ergo est liberrima causa: Sicut Mēns humana non nullarum corporis conjuncti motionum (quæ voluntariæ ideo dicuntur) solo nutu, liberaque voluntione auctor est; ita Deus sine omni limitatione, quæcunque vult, sola liberrima voluntione, & perfectissima ratione efficit; uno verbo: velle Dei est facere. Quæcunque secundum divinam voluntatem producta sunt, contingēntia sunt; existunt, sed possent etiam non existere; tales habent vires, cum alias etiam habere possint; præcipue in legibus motus nulla est necessitas: Ergo libertas contradictionis & contrarietatis Deo est tribuenda: Nemo est, qui leges Deo præscribere possit, leges divinæ hominibus datæ normæ divinarum actionum existimari nequeunt; Ergo etiam ab omni mōrali necessitate liberum est supremum Numen: Neque obstat libertati divinæ voluntas, quæ Deo adscribitur, naturalis, qua quædam non potest non velle, eo quod contrariari sibi ipsi nequit Ens perfectissimum, & perfectissima est perfectionum & decretorum divinorum harmonia, ex quo præsentim fonte leges divinæ naturales cognoscuntur; sicuti leges divinæ positivæ ad voluntatem Dei liberam referri debent: omne enim dubium ex arcta nimis libertatis definitione oritur, quam dicti I. §. 4. confutavimus; accurasier autem definitio-

ibidem stabilita docet, etiam illam causam esse liberam, quæ nequidem cogitat de pluribus possibilibus.

§. IV.

Indifferentiam æquilibrii, qua ex duobus objectis æqualissime bonis, alterum pro libitu eligitur, quamque Sect. II. §. 7. homini, quamvis rarius, competere ostendimus, in Deo, & quidem frequentius, occurtere statuimus, non tantum propter vias causalitatis & eminentiæ, quas supra §. 1. descripsimus, sed hac præcipue de causa, quod apud homines motiva illa, quæ pleraque bona in æqualia faciunt, conservationem ipsorum & perfectionem respiciunt, bona autem conservantia & perficientia in Deo omnino cessant per §. 2. hujus sectionis. Non quidem ignoro, recentiores magni nominis Philosophos hancce divinæ Voluntatis libertatem negare, atque arbitrari, neque Deum sine motivo velle, alterum alteri æquali præferentem sed majorem, e. g. hujus mundi perfectionem esse motivum cur Deus hunc præ aliis mundis possibilibus elegerit. In contrarium nunc id tantum urgeo ex §. 2. hujus sectionis, omni carere fundamento voluntatem, cuius objectum non sit relative bonum; absolute autem bonum, adeoque etiam id, quod in se est perfectum (respectu Dei enim nihil est extra ipsum, quo perfici magis possit) non esse objectum aut motivum alicujus volitionis. Ceterum, ne actum agere videar, provoco ad DN. PRAESIDEM, qui fundamenta hujus sententiae, Principia rationis sufficientis & identitatis indiscernibilium solide confutavit, c) & accurate observavit, in systemate Wolfiano, quamvis negetur consequens illud libertatis, quo sese exerit in æqualiter bonis, integrum tamen esse libertatem Dei perfectissimam, nihilque detrahi omnipotentiæ divinæ d).

c) in observat. Eclect. ex Controvers. de Metaphys. Leibnitio-

Wolfiana specim. I. §. 17. & specim. III. §. 13.


d) Specimine VI. §. 6. & 7.

§. V.

§. V.

Agnoscere libertatem Supremi Numinis adeo est necessarium, ut, qui eandem negat, Atheus directus existimari debeat, etiam si verbis Deum existere, & Causam hujus universi esse, profiteatur. In hoc vero errore Atheismum SPINOZAE maxime consistere arbitror, cum acuto æque ac pio Belgarum Medico BERNH. NIEUWENTYT, qui in egregio libro Belgica lingua conscripto, de recto usu contemplationis Mundi, ejusque Proemio §. I. asserit, *Spinozam aliosque Atheos non quidem negasse ens aeternum, sed unice contra hosce Atheos probandum esse, Ens hoc aeternum esse sapiens, potens, benignum, secundum beneplacitum voluntatis sua omnia propter certos fines fecisse, & adhuc gubernare; in ipsius vero tractationis singulis fere paragraphis pro libertate Supremi Conditoris contra Spinozam & Spinozistas argumentatur.* Ne vero injuriam videamur facere Spinozæ, sententiam ipsius paucis recensebimus, & quantum per affectatam ipsius obscuritatem licet, explicabimus, eum etiam in finem, ut Atheus, etiam invitus, absurdis suis hypothesisibus juxta veritates nostras evidentissimas positis, has illustrare, atque confirmare teneatur. Quamvis enim Spinoza Ethices Parte I. in Corollariis Propositionis XVI. Deum omnium rerum Causam efficientem & absolute causam primam nominet, & Propos. XVII. Deum ex solis suæ naturæ legibus, & a nemine coactum agere, atque Corollar. II. solum Deum esse causam liberam afferat, in his tamen Atheismum suum & fucum, quem lectori facere voluit, satis prodit, quod eodem Corollario II. Propos. „XVII. Deum solum esse causam liberam, inde probat, „quia solus ex sola suæ naturæ necessitate existit, & ex sola „suæ naturæ necessitate agit; quod in Scholio ad hoc Corollar. refutare conatur illos, qui putant, Deum esse causam

„sam liberam, propterea quod potest, ut putant, efficere, ut
 „ea, quæ ex ejus natura sequi dixerat, h. e. quæ in ejus pot-
 „estate sunt, non fiant, sive ut ab ipso non producantur; atq;
 „existimat, hoc idem esse, ac si dicerent, quod Deus potest
 „efficere, ut ex natura trianguli non sequatur, ejus tres an-
 „gulos æquales esse duobus rectis, sive ut ex data causa non
 „sequatur effectus, quod putat esse absurdum; quibus por-
 „ro in eodem Scholio addit, ad Dei naturam neque intel-
 „lectum, neq; voluntatem pertinere; quod Propos. XXIX.
 „negat, in rerum natura ullum dari contingens; quod Pro-
 „pos. XXXII. perhibet, Voluntatem non posse vocari cau-
 „sam liberam, sed tantum necessariam, unde Coroll. I. con-
 „cludit, Deum non operari ex libertate voluntatis; & de-
 „nique quod in Appendice Partis I. præcipue p. 36. omnes
 „causas finales, ceu humana figura, rejicit. Singula hæc
 accuratius consideranti obscurum esse nequit, Spinozæ
 Deum omnibus privatum esse libertatis requisitis, & mo-
 mentis, quæ §. 3. hujus Sectionis Deo tribuenda esse de-
 monstravimus, nisi quod immunitatem à coactione re-
 linquat, unde sequitur Spinozæ Deum non nisi ~~durissimam~~
 aliquod esse, & Causam naturalem omni intellectu, vo-
 luntate & sapientia destitutam. Quemadmodum vero
 præcipuum errorum horum fundamentum esse debet
 definitio libertatis, quam Defin. VII. p. 2. his verbis propo-
 suit: Ea res libera dicetur, quæ ex sola suæ naturæ necessi-
 tate existit, & a se sola ad agendum determinatur: Neces-
 saria autem, vel potius coacta, quæ ab alio determinatur
 ad existendum, & operandum certa, ac determinata ra-
 tione: ita, si definitioni huic opponentur, quæ de accurata
 libertatis idea supra Sect. I. proposuimus, detectum erit ~~per~~
~~τον ψεύδας~~. Sed finem hic impono Dissertationi huic, sine fine
 laudaturus Supremum nostrum, eumque liberrimum,
 Potentissimum, Benighissimum, Sapientissimum,
 Justissimum Auctorem.



NOBILISSIMO
DOMINO RESPONDENTI AVCTORI
S. D.
P R A E S E S.

Sicut omnis Tua vita Academica, quam apud nos hucusque egisti, ob industriam Tuam morumque integritatem omnium bonorum laudem & approbationem est promerita, ita Tibi nunc cumprimis applaudo, quod Specimine aliquo Academico vires Tuas periclitari, & profectum Tuorum reale testimonium edere constituisti, quod argumentum grave elegisti, idque interspersis observationibus minime vulgaribus, diligenter, modeste & accurate pertractasti; quod denique Dissertationem Tuam contra speciosas Commilitonum objectiones prudenter atque feliciter defendisti. Deum autem Fontem omnis Sapientiae demississime precor, velit studiis Tuis porro ex alto benedicere, ut in Illustris Patriæ Tuae gloriam, Reipublicæ Ecclesiastice vel litterariae emolumentum, Tuaeque felicitatis praesidium largissimos ferant fructus.

Vale.

D

Du

On deignst / Geehrter Freund / durch Dein gelehrtes
 Schreiben /
 Wie hoch mans kan und soll in freyen Künsten treiben /
 Durch emsige Begierd / die klug und nüglich heist /
 Und uns die rechte Bahn zur wahren Klugheit weist :
 Du liebst die Wissenschaft / drum kan es Dir nicht fehlen /
 Dass Pallas Dich bald wird zu ihren Söhnen zählen ;
 Fahr fort in Deinem Fleiß / gleichwie bisher geschehn /
 So muss es Dir allzeit nach Deinem Wünschen gehn.

Mit diesen geringen Zeilen wolte seinem
 Werthgeschätzten Herrn Landsmann
 zu seinem rühmlichst abgelegten Spe-
 cimine Academico austrichtig Glück
 wünschen Dessen

Dienftgesliffener
Johann Sigmund Schiffelin / Theol. St. Oppon.

Dum Libertatem defendis , SVAVIS AMICE ,
 Et scripti sensus reddere promptus ades :
 Quæ Tibi fint animi dotes , quæ munera , monstras ,
 Applaudunt omnes ore animoque Tibi
 Plausibus hisce lubens etiam mea gaudia jungo ,
 Optans , ut studiis praemia digna feras .

*Hec qualiacunque Nobilissimo atque Doctissimo
 DN. AVCTORI RESPONDENTI ,
 Amico suo & Contubernali gratissimo ,
 cum voto omnigena prosperitatis gratia
 labundus apponere voluit , debuit*

**ANDREAS GOTTHELFF KYCK , Sulzbaco-Palatin.
 SS. Theol. Stud. Oppon.**

Nulla

Nulla potest hominis bona vel scelerata vocari
 Actio, quando aliquid forte coactus agit.
 Sed qui sponte sua præstantia, summaque quevis
 Audent, laus illos, quam meruere, manet.
 Hanc Tibi promeritam, FOCHI, nunc tribuo laudem,
 Et precor, ut Tibimet fata secunda fluant.

PRAENOBISSIMO atque DOCTISSIMO
 DN. AVTORI RESPONDENTI, AMI-
 CO SVAVISSIMO, de egregio erudi-
 tionis specimine ita gratulari voluit

JOANNES VDALRICVS Tresenreuter, Ezelvanga-
 Palatinus, Phil. & Theol. Stud. Oppon.

Stellt der Menschen Freyheit best / wie Du gründlich aus-
 geführt ;
 Es / so stünde mir auch frey meine Freyheit selbst zu weisen :
 Wenn ich die Gelehrsamkeit / welche Dich für andern ziert /
 Wolte jecund frey heraus nach des Herzens Willkühr preisen ;
 Aber die Bescheidenheit / Deiner Zugend grösster Schein /
 Zwinget meines Willens Kraft / schräncket meine Freyheit ein.
 Darum lob ich weiter nicht Deines Fleisses schönste Proben :
 Denn der Sachen Wichtigkeit wird sich und Dich selb-
 sten loben.

Dem Herrn AVTORI zu Ehren
 schriebe dieses

Dessen

getreuer Freund und
 Diener

Friederich Matthäus Lufft/ Rüsselbaco-Noricus,
 Ministerii Candidatus.

D 2

Acti-

Activas qualis mentes, Numenque supremum
 Libertas deceat, DVLCIS AMICE, doces.
 Hinc Te, qui solers & strenuus ardua tractas,
 Virtutis meritum, gloria digna manet.

*Ita Nobilissimo Doctissimoque DN. RESPON-
 DENTI, Amico suo suavissimo, de spect-
 mine Academico gratulatur*

GEORG. VVACHTERVS, Memmingensis.

Libertatis amor mortales detinet omnes,
Quam ne dura quidem tollere vincla queunt.
Hac Tu demonstras, FOCHI DOCTISSIME; letos
Successus studiis appreco ergo Tuis.

*Prxnobilissimo Doctissimoque DN. AVCTORI
 RESPONDENTI, Amico multis nominibus colendo, de Specimine Academico
 ita gratulatur*

C. F. TRESENREVTER, Phil. & Theol. Cult.

